

THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITUTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM
PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM
REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITUTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

	pag.
GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO	1
THEODOSIANI TITVLI	5
THEODOSIANI LIBRI XVI	27
CONSTITVTIONES SIRMONDIANAЕ	907

LIBER DECIMVS QVARTVS.

I. DE DECVRIS VRBIS ROMAE.

Iust. 11, 14.

II, 1, 1 (357 [360] Febr. 24).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD IVLIANVM. In decuriarum ordine insigni, cui librariorum vel fiscalium sive censualium nomen est, nequaquam aliquis locum primi ordinis adipiscatur nisi is, quem constiterit studiorum liberalium usu adque exercitatione pollere et ita esse litteris expolitum, ut citra offensam vitii ex eodem verba procedant: quod cunctis volumus intimari. Ne autem litteraturae, quae omnium virtutum maxima est, praemia denegentur, eum, qui studiis et eloquio dignus primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra provisio sublimitate . . . tuave eius nomina indicante, ut deliberemus, quae in eum dignitas deferenda sit. DAT. VI KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI); ACC(EPTA) ID. MAR. ROM(AE) CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V

1 inianum] mag. incertus insigni cui scripti,
nisi qui V, nisi cui Tilius 5 maxima] ma-
gistra Gothofredus 7 sublimitate tuaue V,
sublimitate praefecti urbi tuaue Seeck 8 de-
ferenda] Gothofredus, defendenda

V^{2*} maio V 9 à om. V. — Constantius
cum a. 357 non fuerit Constantinopoli negue eo
venerit nisi a. 359/360, recte emendavit Gotho-
fredus Constantino A. X et Iuliano Caes. III

II, 1, 2 (386 Iun. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SALLVSTIVM P(RAEFFECTVM)
v(RBI). Privilegiorum antea decurialibus concessorum firmitatem mutare nec volumus nec
debemus; quin immo ea, quae primitus statuta perdocentur, etiam nostrae mansuetudinis
sanctione permaneant. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) N. F. ET EVOD(IO) CONSS.

V

1 salustum V et sic in *Avellanae syllogae* c. 3 | 18 salustum: *utra lectio vera sit, non liquet*
et apud Symmachum ep. 5, 55—57; infra 14, 8, | 2 mirmitatem V¹

II, 1, 3 (389 Ian. 19).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFFECTO) P(BAETORI)O. Perire nolumus, quidquid aeternae urbi
constat fuisse concessum; usque adeo privilegia vetusta servamus, ut nova, in quantum
ratio permittit, beneficia praestare velimus. Unde in defendendis decurialibus, quos binos
esse ex singulis quibusque urbibus omnium provinciarum veneranda decrevit antiquitas,
id observare debebis, quod vel priscorum principum constitutis vel nostris intellegis
sanctionibus definitum. || Si quis 'vero' decuriale de aufe- || inc. IVST. | * * * om. IVST.
rendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intellegat se decuriae interpellare debere
iudicem. DAT. XIII KAL. FEB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — IVST. 11, 14, 1.

1 tryfolio V quidquid] Seeck, quid V 2 usque] fortasse usqueque 8 mod V^a

XIIII, 1, 4 (404 Iul. 8).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EXSVPERANTIO, IVLIO ET CETERIS DE-CVEIALIBVS. Leges tam a superioribus principibus quam a divo 'patre' parente IVST. nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus temptet notam adterere neque ab his commodis, quae rationibus adprobantur, audeat separare. Huic etenim collegio volumus antiquam privilegiorum praerogativam servari. DAT. VIII ID. IVL. ROM(AE) HONOR(10) A. VI ET ARISTAE(ETO) CONSS.

V. — IVST. 11, 14, 2.

5 separare *V^a* enim *Just.* 5 audeat] *scr.* id audeat 6 aristēn *V*

XIIII, 1, 5 (407 Apr. [?] 7).

IDEM AAA. CVRTIO P(RAFFECTO) P(RAFTORI)o. Cum tot et tam evidentibus praeceptionibus sacris iam inde ab antiquis principibus, nostris quoque rescriptis decuriae sint sacra-tissimae urbis privilegia confirmata, adtamen quae saepius statuta sunt, hac etiam lege firmamus. ET CETERA. DAT. VII ID. APRIL. RAV(ENNÆ) HONOR(10) VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

V

2 inde de *V* sint] sunt *V* 3 statuta] *Tilius,* | *scriptio mendosa est, nam inde a Februario*
statua *V^a*, statua *V^b* hac] haec *V* 4 sub- | *Honorius degebatur Romae*

XIIII, 1, 6 (409 Sept. 25).

IMPPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. BONOSIANO P(RAFFECTO) V(RBI). Vellemus privi-legia augere decuriae, nisi genus esset iniuriae antiquitati aliquid sociare. Quare cuncti cognoscant quinque libras auri multae nomine propositos, si quo in loco eorum actibus ullius persona obrepere forte temptaverit. Emolumenta omnia per diversos erupta red-hiberi decernimus. In eos sane, qui contra divalia statuta venisse dicuntur, spectabilis : vic(arius) Afric(ae) vindictam ferre curabit. DAT. VII KAL. OCTOB. RAV(ENNÆ) HONOR(10) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

4 obripere *V* 4/5 rethiberi *V* 5 sanae *V* | *Gothofredus* 6 ferre in litura a manu prima *V*
diualia] diualiqua *V^a* nūc afric] uicarius

II. DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM VRBIS ROMAE.

Just. 11, 15.

XIIII, 2, 1 (364 Jun. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAFFECTVM) V(RBI). Ea privi-legia, quibus pro reverentia urbis aeternae varia corpora hominum vel priscarum legum cautio vel antecedentium principum fovit humanitas, magnifica sinceritas tua sciat vel confirmata esse arbitrio serenitatis nostrae vel, si in aliqua parte titubaverint, restituta. DAT. KAL. IVN. BONAMANSIONE, P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

5 diuo bis *V*

XIIII, 2, 2 (391 Iul. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ALYPIVM P(RAFFECTVM) V(RBI). Nulli sit liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolae in urbe sustineant. DAT. PRID. ID. IVL. AQVIL(EIAE) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

V. — IVST. 11, 15, 1.

1/2 p[u nu]lli ([] in litura) *V^b*

I, 2, 3 (397 Mart. 18).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI).

'In' honorem aeternae urbis corporatis indulta suffragia valere prae-
cipimus. ET CETERA. DAT. XV KAL. APRIL. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

| sed in' IVST.

V. — IVST. 11, 15, 1.

I, 2, 4 (412 Mart. 29).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALMATO P(RAEFECTO) V(RBI).

Cura rectorum provinciarum corporati urbis Rom(ae), qui in pere-
grina transgressi sunt, redire cogantur, ut servire possint functionibus, quas imposuit
antiqua sollemnitas. DAT. III KAL. APRIL. R(A)V(ENNAR) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) V AA.
CONSS.

| autem IVST.

V. — IVST. 11, 15, 1.

4 u om. V

III. DE PISTORIBVS ET CATABOLENSIBVS.

Iust. 11, 16: de pistoribus.

I, 3, 1 (319 Aug. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROFTVRVM P(RAE)P(ECTVM) ANN(ONAS). Cunctis pistoribus
intimari oportet, quod, si quis forte possessiones suas ideo putaverit in alios transferen-
das, ut postea se, rebus in abdito conlocatis, minus idoneum adseveret, tamquam in locum
eius alio subrogando, nihil ei haec astutia nec detestabilia commenta profutura sunt, sed
in obsequio pistrini sine ulla excusatione durabit nec ad eius iura revocabuntur, si quas 5
emptiones transcriberit. P(RO)P(OSITA) ID. AVG. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

V

3 abdito] V^{2*}, addito V¹ 6 emptione malim | numerus deest) V; subscriptio expleta est ad
constantino augusto (seq. spatiolum vacuum; | iunctam 3, 1, 1

I, 3, 2 (355 Jul. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Si quis pistoris filiam suo
coniugio crediderit esse sociandam, pistrini consortio teneatur obnoxius et familiae pistoris
adnexus oneribus etiam parere cogatur. Et quoniam necessarium corpus fovendum est,
patronos pistoribus constitutos ad altera functionis officia prohibeo devocari caudicariorum
corpori minime de cetero copulandos, ut aliis necessitatibus absoluti eam tantummodo 5
functionem liberae mentis nisibus exsequantur. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO) ARBITIONE
ET LOLLIANO CONSS.

V

2 et] Gothofredus, sed V

I, 3, 3 (364 Iun. 2).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Praedia
rustica vel urbana, quae possident privato iure pistores, nec senatorem nec officiale
comparare permittimus, contractu pari cum aliis non interdicto; quippe mercantes ad3 contrastu pari V: inde scholia Vaticana: | parare permissum
neque officiale comparare posse stupariis com-

vendoris officium vocabuntur super hac emptione apud p(rae)f(ectum) ann(onae) testatione deposita. In donationibus vero filii excepti sunt et nepotes, eodem loco positis omnibus, qui qualibet proximitate iunguntur, quibus ideo non dempaimus beneficium largitatis, quia et paneficii necessitatem suscipere successionis iure coguntur. Haec forma servabitur et in testamentis aut donatione vel novissima voluntate, ut in extraneos conlata non valeant, nisi pistoris officium sponte suscepint qui pistorum sunt munificientiam consecuti. DAT. III NON. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 uo. abuntur <i>V^a</i>	2 donatiobus <i>V</i>	5 aut	natione nouissima uoluntate, <i>aut excidū mortis</i>
donatione uel nouissima uoluntate] <i>aut scr. do-</i>		<i>causa</i>	7 iiii non.] <i>scr. id. propter iunctas</i>

XIII, 3, 4 (364 Ian. 6).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAE)F(ECVM) V(RBI). Optio concessa est his, qui e pistori bus facti sunt senatores, ut aut studio facultatum aut splendidissimo ordine segregati sint. Quod si fuerint cupidi dignitatis, in tantam paneficii substantiam idoneos de suis subrogare cogantur, quantam ipsi exhibuere pistores. DAT. VIII ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 pu.] <i>pf urb</i> <i>V^b</i> , <i>pu urb</i> <i>V^a</i>	4 uiij] <i>scr. ui propter iunctas</i>
--	--

XIII, 3, 5 (364 Ian. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAE)F(ECVM) V(RBI). Filios pistorum, qui in parvula aetate relinquuntur, usque ad vicesimum annum aetatis a pistrini sollicitudine defendi iubemus. Sane periculo totius corporis subrogari convenient pistores idoneos pro pupillis, sub hac videlicet condicione, ut post emensum vicesimum annum aetatis paterni munieris necessitatem subire cogantur, nihilo minus permanentibus pistoribus his, quos in locum eorum constat substitutos. DAT. VI ID. IAN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

VW (*incipit 1 idem*)

1 pesterum <i>W</i>	2 relinquuntur] <i>quantur W^a</i>	<i>typ. Haenel</i>	5 cogatur <i>W^a</i>	6 ian.] <i>scr.</i>
2/3 iubemusane <i>W^a</i>	3 pistores <i>V^a</i> , p[i]tores	<i>iun. ad iunctas</i>		
<i>W^a</i>	4 conditione <i>W^(?)</i>	<i>nicesimum om. err.</i>		

XIII, 3, 6 (364 Ian. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAE)F(ECVM) V(RBI). Nulli liceat pistorum supplicatione delata subterfugiendi munieris impetrare licentiam. DAT. VI ID. IAN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V [*W omisit*].

2 ian.] <i>scr. iun. ad iunctas</i>

XIII, 3, 7 (364 [367] Oct. 8).

IDEM AA. AD VIVENTIVM P(RAE)F(ECVM) V(RBI). Post quinquenni tempus emensum unus prior e patronis pistorum otio et quiete donetur, ita ut ei qui sequitur officinam cum animalibus servis molis fundis dotalibus, pistrinorum postremo omnem enthecam tradat adque consignet. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

VW

1 quinquennii <i>W</i>	2 sequetur <i>W</i>	3 molis	<i>Anmiano (27, 3, 11) Viventius praefecturam</i>
<i>om. W</i>	4 erratum est in anno, nam teste		<i>inuit a. demuni 367</i>

II, 3, 8 (365 Ian. 15).

IDE^M AA. AD SYMMACHVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). In speculis erit officium sinceritatis tuae, ne cui, qui semel pistorum corpori fuerit deputatus, abscedendi qualibet ratione copia facultasque tribuatur, etiamsi ad absolutionem eius pistorum omnium laboret ad sensus et consensus convenisse videatur. Ne illud quidem cuiquam concedi oportet, ut ab officina ad aliam possit transitum facere. DAT. XVIII KAL FEB. MED(OLANO) VAL(ENTIN)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

VW

2 ascendi W	3 ad] W, om. V	3/4 ad-	nisce W	4 concendi V	5 ab] W, om. V
sensus et consensus conuenisse] script ^a , ad-			feb.] fel. V ^a		
sensus consensus conuenisse V, adsens[us conue]-					

II, 3, 9 (368? 370? Mart. 30).

IDE^M AA. AD OLYBERIVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Ex libertinis catabolensium corpori statuimus sociari eum, cuius tota substantia triginta librarum argenti aestimatione colligitur. Idque pondus sive ipsum per se habet seu in aliis quibuscumque speciebus vel in aedificiis adque agris dictae adscriptionis merita non transit, iubemus ab inquietudine istius molestiae segregari. DAT. III KAL APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTIN)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW

2 substata W ^a argenti in litura septendecim	inquietudinem W	5 treu] W, triu V	et
circiter litterarum V ^b	om. W	ualenti W	
3 habet] VW, non			
habet Gothofredus	4 transit] trans W		

II, 3, 10 (368? 370? Jul. 7).

IDE^M AA. AD OLYBERIVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Libertini, qui a dominis cuiuscumque honoris aut meriti aliquid testamento vel donatione meruerunt, si aliqua pistrinis obnoxia consecuti sunt, pistorum corpori copulentur. Si vero libera ab hoc nexu isdem sunt corporibus derelicta, catabolensium necessitatibus obsequantur. Quin etiam si qui ex his alii se corporibus crediderint inserendos, ab his incunctanter abstracti ei, cui hac legi sociati sunt, muneri deputentur. Si autem a clarissimis viris aliquos acceperint fundos, sic praedicto corpori pareant, ut glebae, ex qua lucrata ea sunt corpora, nullum praeiudicium comparetur. DAT. NON. IVL., LECTA IN PANTHEO NON. NOV. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW (*mutil.*).

1 idem W, impp. ual(entini)anus et ualens V	4 sunt corporibus derelicta] VW, scr. sunt dere-
2/3 aliqua p. obnoxia (obxia W ^a ?) W, ali-	licta
quam p. obnoxiam V	7 pareant] parant V, pare-n. W
3 ab] W teste Pey-	lucrata ea] script ^a , lucrativa V,iuia W
rone, a(?)b teste Patetta, ob V hisdem VW	

II, 3, 11 (365 Sept. 27).

IDE^M AA. AD SYMMACHVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Hac sanctione generaliter edicimus nulli omnino ad ecclesias ob declinanda pistrina licentiam pandi. Quod si quis ingressus erit, amputato privilegio christianitatis sciat se omni tempore ad consortium pistorum et posse et debere revocari. DAT. V KAL OCTOB. AQVII(EIAE) VAL(ENTIN)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW (*mutil.*).

2 aeclesias V

2/3 ingressus erit] ingresserit V, ing.....it W

3 xpianitatis V

XIII, 3, 12 (870 Dec. 1).

IDEM AAA. AD CLAVDIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Secundum parentis nostri Constantini
divale praeceptum omnibus lustris pistores ex officio, quod ei corpori constat addictum,
ad urbem sacratissimam destinuntur. In quo || illud convenit praecaveri,
ne quis hanc, quae personalis est, 'functionem' pretio putet esse taxan-
dam. || Veniant suo tempore, quos causa constringit et ita veniant, ut eos
officium, quod tibi paret, pistorum patronis adque annonae p(rae)f(ecto)
aput publica monumenta consignet. Quod si quis iudicum statuto tempore personam,
quae est destinanda, non miserit, ipse profecto remanebit obnoxius functioni, cui sub-
traxisse probatur obnoxium. In officium quoque poena competens exeretur, quod aut dis-
simulatione neglexerit aut fraude subtraxerit iudicem suum super vi legis et consuetu-
dinis admonere. DAT. KAL. DECEM'B). TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW (*mutil.*). — IVST. 10, 48, 9.

4 praetio V 11 treuer W, triū V aa. om. W

XIII, 3, 13 (369 Iun. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAE)FECTVM V(RBI).
Non ea sola pistrini sint vel fuisse videantur, quae in originem adscripta corpori dotis
nomen et speciem etiam nunc retentant, sed etiam ea, quae ex successione pistorum ad
heredes eorum vel quos alias devoluta noscuntur, quo eorum quoque distractio inhibita
evidentius cerneretur. In his vero solis liciti contractus eidem corpori reserventur, quae
ad ipsos non hereditario pistorum nomine, sed privatorum institutione, liberalitate vel
dote aut quolibet titulo, probantur esse transfusa et si qua ipsi ex privata munificentia
consecuti in rebus humanis agentes in aliquem ex sociis, id est in pistorem alterum trans-
tulerunt. Ceterum si haec quoque in successione propria reliquere, etiam eadem dotis
nomine et titulo nuncupamus, quia pistrino proficere convenit, quod apud pistorem eo
vivente permansit. Servabis igitur de cetero ordinem constitutum, ut, si vel donatione
pistoris rem pistrino hereditatis successionis meritis obligatam quicunque ex privatis
& pistoribus fuerit consecutus, sciat corpori obnoxium vendere et alienare non posse, sed
in sua causa et pistorum nomine ac iure residere. DAT. KAL. IVN. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO
NOB. P. ET VICTORE CONSS.

VW [*finit* 5 corpori es . . .].

1 imppp. . . aaa.] W, idem aa. V	2 ori-	ralitate] scr. liberalitateue 11 seruabis] Gotha-
ginem] VW, scr. origine 3 nomine . . . spe-	3 ea quae] nunc W sucesione V	fredus, seruau V 12 successionisue V
5 cerneretur] V, c.e.n.e.e.ur W, scr. cernetur		obligam V 13 a pistoribus] scr. aut pistoribus
reseretur V 6 ipsos] V ^{2*} , ipros V ¹ libe-		14 triū V

XIII, 3, 14 (372 Febr. 22).

IDEM AAA. AD VRSICINVM P(RAE)FECTVM ANN(ONAE). Si cui pistoris filia nubserit ac
postea is eandem dilapidatis facultatibus consortio putaverit eximendam, non alia lege
adque ratione eundem ipsum pistoriae necessitati et corpori praecepimus adstringi, quam
si eodem munere originis vinculo teneretur. DAT. VIII KAL. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET
ARINTHAEO CONSS.

V

1 pf.] pp. V ^a	3 ipsum pistoriae] scripsi,	triū V	5 arintheo V
ipsistoriae V	4 si] Gothofredus, om. V		

XIII, 3, 15 (377 Febr. 16).

**IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD GREGORIVM V(IRVM) Q(LARISSI-
MVM) P(RAE)FECTVM ANN(ONAE).** Ne quis umquam p(rae)f(ectus) ann(onae) contra suam

1 graegorium V

alienamve sententiam pistorum locum electis permiserit reformari, cum praescriptum suum
apud iudices obtinere lex debeat, per quam simul adversus decoctorum vitia et utilitati
annonae publicae et rerum iudicatarum constantiae providetur. DAT. XIII KAL. MART.
TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. III ET MEROBAVDE CONSS.

*V*1 scr. deformari 4 triū (sic) *V*

II, 3, 16 (380 Jun. 13).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM P(RAEFFECTVM)
v(RBI). Quidquid ex horreis plectibili usurpatione praesumptum sit, id per pistores, in
quos totius criminis confertur invidia, matura exactione reddatur, ut, si quid in hac
specie minus potuerit exsolvi, in quibuscumque speciebus, in aere vel plumbo seu qua-
libet alia solutione, pensetur, dummodo redintegratio totius summae curetur. DAT. ID. 5
IVN. GR(ATI)ANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

*V*3 criminis *V*

II, 3, 17 (380 Jul. 12).

IDEM AAA. AD TITIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Iudices Africanos laudabilis sinceritas
tua huiusmodi interminatione conterreat, ut, nisi tempore solito debitos pistores venera-
bilis Romae usibus dirigere curaverint, sciant se ipsos quinquaginta argenti librarum
officiumque eorum pari condemnatione multandum. DAT. III ID. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V 5
ET THEODOSIO I AA. CONSS.

*V*2 contereat *V* 4 triū *V* 5 i ante aa. addidi

II, 3, 18 (386 Jun. 11).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SALLVSTIVM P(RAEFFECTVM)
v(RBI). Ut concessa decurialibus privilegia nolumus abrogari, ita lege super mancipibus
data nihil iubemus inminui. Nam si qui ob hoc ad decurias inilicite transierunt, ut mu-
nus evaderent mancipatus, necesse est erga eos privilegia non posse servari, quos ob-
noxios sibimet recte vindicat functio memorata. In tantum etiam defensiones diversorum
principum largitate concessas erga decurias manere decernimus et mancipatui obnoxios
iubemus addici, ut, si quispiam super absolutione mancipatus nostrae maiestati preces
obtulerit, bonorum amissione plectatur. Quod quidem non solum in decurialibus, sed
etiam in ceteris decernimus perpetua lege servari. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) 10
N. F. ET EVODIO V. O. CONSS.

VT [incipit 10 np].

1 salutium <i>V</i> : vide ad 14, 1, 2	2 abrogari]	mancipat]ui	5 vindicant <i>V</i>	6 concessas]
<i>V</i> ^{1*} , adrogari <i>V</i> ¹ lego] scr. de lege	4 quos}	Gothofredus,	concessa <i>V</i>	8 plectetur <i>V</i>
Pilhoecus et Gothofredus, qui <i>V</i> , fortasse scr. q[uos]		10 enotio <i>V</i>	u c om. <i>V</i>	

I, 3, 19 (396 Jul. 9).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVSEBIO P(RAEFFECTO) P(RAETORI)o. Pistores urbis
aeternae praetermissa veteri consuetudine fundis vel praediis ad nihilum redactis, quae

1/2 urb aeternae vel urbis eternae *T* 2 praedis *T*

eorum corpori solacia certa praebebant, novos sibi quaestus excogitasse comperimus. Ideoque in futurum provisionis remedia proferentes misso probatae industriae viro singulorum fundorum sive praediorum, quae pistorum corpori obnoxia sunt, vires discurti exquirique praecepimus, ut idem iure perpetuo idoneis adfixa praestatione tradantur adque conductores praestationis modum et solacia ministrent antiquitus constituta pistoribus.
DAT. VII ID. IVL MED(IOLANO) ARCAD(IO) III ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VT

1 corpori] T, corporis V	exagitasse T	praestatione 5 conductores om. T
3/4 exquiri quae T	4 praecepimus T	5 mi[nist]rent antiquitus] T, ministrantiquitus V
idem] sic VT, intellege iidem	adfica(?)a T	6 uii om. T

XIII, 3, 20 (398 Apr. 25).

IDEM AA. THEODOBO P(RAEFFECTO) P(RAETORI)o. Adscripti semel per sententiam iudicis ordinii pistorio subrepticia rescripta non quaerent, nec ulla eis supplicandi praestitur facultas. Et qui huiusmodi sperare voluerit beneficia, quinque libras auri fisco nostro inferre cogetur. Si quo enim casu vel occultis vel ambitiosis hoc precibus elicuerit, iudex, cuius in iudicio haec fuerit prolata sententia, officium quoque eius, si consensum praebuerit impetratis, quinas auri libras aerario nostro inferent. DAT. VII KAL. MAI. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. III ET EUTYCHIANO CONSS.

VT

1 adscriptis V	sentiam T	2 querent] sic	rit] V, fuerit inpetratis T	6 praebuerit] V,
VT	4 cogatur T	praecibus VT	5 fue-	fuerit T inferet T 7 iiiii] iii T euticiano T

XIII, 3, 21 (403 Mart. 8).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. VITALI P(RAEFFECTO) P(SOTO) ANN(ONAE). Nulli pistori nec posteris eius in privatas personas vel thymelicas vel eas, quae aurigandi studio detinentur, licet coniugii societate transire, etiamsi huic facto omnium pistorum accedit adsensus, etiamni nostra elicta fuerint aliqua subreptione rescripta. Quod si quisquam in haec vetita adspirare temptaverit, sciat se verberibus adfectum deportatione puniendum facultatesque suas paneficio sociandas. Quod si non statim officium gravitatis tuae in ipsis inceptis occurrit, sed in suggestione cessaverit, in singulis familiis librarum auri decem multa feriatur: ita ut eae quoque personae cum patrimonio ad debitum officium revocentur, quae per huiusmodi nuptias in simili consortio fuerunt. Omnes igitur, qui filias pistorum in consortium sortiti sunt, vel ex thymelicis vel aurigis vel universis privatis pistorio corpori illico deputentur. DAT. VIII ID. MART. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. I ET EUMORDO V. C. CONSS.

VT

1 [aa. et t]head. a. T, aaa. V	2 thymelica[s]	ficium] T, officio V	7 sed in] V, sed id T
T, tymelicas V	3 coniungi T	in singulis] V, insign(?)is T	8 heae V, haec T
nostra] V, etsi nostra T	4 elicta fuerint] T	10 consortium] T, con V	tymelicis VT
Pithoeus et inde Cuiacius ed. 3,	licite fuerit V	11 uiui] V, uii T	et in litura V
hac T	5 adspirare vel aspirare T	6 of-	

XIII, 3, 22 (417 Dec. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFFECTO) P(RAETORI)o. Quicumque inl(ustris) urbanae sedis vel annonariae potestatis apparitor clandes- [] om. IVST. tina fraude pistorem concusserit, accusatus adque convictus perpetuis paneficii nexibus addicatur. ET CETERA. DAT. VII KAL. IAN. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

VT HALBERSTAD. (inde a 3 [con]victus perpetuis, sed pleraque evanuerunt negue de codicis lectione constat nisi ubi diserte laudatur in apparatu nostro). — IVST. 12, 53, 2.

1 numerus constitutionis est uiui in T 2 sedis om. videtur T 4,5 u. c. om. T

III. DE SVARIIS, PECVARIIS ET SVSCEPTORIBVS VINI CETERISQVE CORPORATIS.

Iust. 11, 17: de suar. et susc. vini et ceteris corporatis.

[III, 4, 1 (334 Mart. 8).]

IMP. CONSTANTINVS A. AD PACATIANVM P(RAEF)BOTVM P(RAFTORI)o. Quoniam suariorum corpus ad paucos devenit, iubemus eos adstante populo Romano dicere, quibus excusatio sit delata, quibus provenerit onus, ut his in medium publicae rationis eductis exemplum rei naviculariae proponatur. Itaque dinoscant facultates proprias suariorum esse obnoxias muneri ac de duobus alterum eligant; aut retineant bona quae suariae functioni destricta sunt ipsique suario teneantur obsequio aut idoneos quos volunt nominent, qui necessitatibus idem satisfaciant. Nullum enim vacare ab huius rei munere patimur, sed sive honoribus enecti sive quolibet versutiae genere fugerunt, revocari eos iubemus idque ipsum teste et audiente populo Romano compleri ac nos super his consuli, ut animadvertisamus in eos, qui hac tergiversatione u[si sint]; de reliquo functionis huius vacatione nulli penitus 10 tribuenda, sed eo qui subripere potuerit post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro. DAT. VIII ID. MART. ROM(AE) OPTATO ET PAVLINO CONSE.

V (cum Solms.) T HALBERSTAD. (vide ad praec.).

2 as[tante] T 3 prouenerit] V, ...uenerit T, | de re lico f. b. uscationem T (explevit Peyron),
peruenerit scr. eductis] Gothofredus, eductis V | om. V nulli] V, om. T 11 tribuenda sed
Halberstad, ...tis T 5 functione T | eo] tribuendas ideo V,edam sed cum T
7 idem] V, id est T, scr. eidem 8 euicti T | 12 subituro] V, subitur. T dat.] V, def. T:
uersutia T eos om. T iubemus] fortasse | immo proposita
addendum in corpus similiave 10 u[si sint]

[III, 4, 2 (326 [324] Apr. 11).]

IDEM A. LVCRIO VERINO. In arbitrio suo possessor habeat, ne suario pecuniam solvat, quod ideo permisum est, ne in aestimando porcorum pondere licentia suaris praebeatur. Quod si iuste porcos suarius aestimaverit, huic pecuniam possessor, cui pensitationis utriusque copia est indulta, numerabit. Ne autem suario in suscipienda pecunia detrimenti aliquid adferatur, singulis quibusque annis ea pretia porcinae possessor adnumeret, 5 quae usus publicae conversationis adultererit. Et quoniam non semper nec in omnibus locis una est forma pretiorum, pro diversitate locorum et temporum in specie pretia danda sunt, nisi ipsa porcina praeestetur. Iudices autem regionum monendi sunt, ut per singulos annos ad scientiam tuam referant, quae in quibus locis sunt pretia porcinae, ut instructione hac a tua gravitate perpensa tunc demum suarii per diversa proficiantur 10 et pretia suscipient, quae in his regionibus versari cognoveris. Queri enim suarii non poterunt, quia nihil interest, carius an vilius comparent, cum, quantum pretium daturi sunt, a possessore accipiant; et possessores erunt moderati in specie distrahenda, cum se sciant, quanto maiora pretia pro carne poposcerint, tanto plus suariis soluturos. DAT. III

ID. APRIL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSE.

15

V T HALBERSTAD. (ad 13 in specie distra[henda]; vide ad 14, 3, 22).

1 lucrio (scr. lucerio) uerino (..bino vel ..pino Halberst.)] praeſ. urbi saluat T 2 cor- | quaeri VT 12 an uilius] annuilius T
porum T 3 aestimari[t] T 5 praetia VT | quantum V praetium V Halberst., def. T
7 praetiorum VT praetia V, [pr]aetia T | 14 maiore T praetia VT [s]uario T 15 ♂
9 ad scient bis V praetia V, [pr]aetia T | om. T: Verinus praeſ. urbi fuit 323 Sept. 13—
10 demum] T, dem V 11 praetia VT | 325 Ian. 3

[III, 4, 3 (363 Dec. 9).]

IMP. IVLIANVS A. FL(AVIO) APRONIANO SVO SALVTEM. Ea pretia, quae in Campania per singulos annos repperiuntur, suariis urbis Romae debent solvi, ita ut periculo suariorum

1 Julianus adscribitur secundum usum compilatorum, quoniam imperabat anno hoc incipiente; | videtur esse Ioviani Fl. Apronianu] p[ro] Romae
praetia T 2 repperiuntur] sic VTW

populo porcinae species adfatum praebeatur. Et quia officialibus pro omni supplicio sufficit direptorum restitutio, quidquid ultra senos folles per singulas libras claruerit flagitatum, id fisci viribus protinus vindicetur. Exactio autem nummaria non per officium tuum vel ipsos suarios, sed per officiales consularis iuxta praeceptum nostrae mansuetudinis competentem sortiatur effectum. Nam quia maiorum potestatum officiales solent esse provincialibus perniciosi, per ordinarios iudices adque curias etiam hanc exactionem convenit celebrari. Per singulos itaque annos iuxta pretia, quae reperiuntur in publica conversatione, per Campaniam habitantes pecuniam pro singulis libris porcinae praecipientur exsolvere, ita ut non ad pretia, quae in urbe Roma reperiuntur, sed quae apud Campanos in publicis usibus habentur, nummaria celebretur exactio, suariis autem celebranda nummariae exactionis facultas denegetur. Nam dedimus litteras ad virum clarissimum consularem, ut remotis officialibus praefecture urbanae et suariis ipse totius exactionis instantiam adque periculum ad suam curam sollicitudinemque revocare contendat. Qui evidentissimo discrimini constituetur obnoxius, si in transmittendis pecuniis aliqua fuerit materia deceptionis exorta. DAT. V ID. DECEMB. ANTIOCHIAE D. N. IULI- ANO A. III ET SALLVST(10) CONSE.

VTW [incipit 779, 1 panis per].

1 pro omni supplicio om. W 2 restitu W
ultran W 3 exato T^a 3/4 officiaum
T^a 4 officiales] VT, officium W 6 adque]
VW, autemque T^a curias] VT, curiales W
7 praetia W, praetia] T^a reperiuntur sic V
TW 8 capaniam V 9 praetia TW
[romae T^a reperiuntur] sic VTW 10 cam-
panus W 10/11 nummaria celebretur exactio
***** | [suariis] autem celebranda nummariae

exactio suari | ***** celebranda nummariae
exactionis T, nummariae exactionuariis (em. in
exactio suariis) autem celebranda nummariae
exactionis W, nummariae exactionis omissis reli-
quis V 12 uc] T, uirum clarissimum VW
14 in om. W 15 antiochiae W, anthiociae T
du] T, om. VW 16 a iiiii] V, aa iiiii W,
a iii T cons. W

XIII, 4, 4 (367 Oct. [?] 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(BB). Per singulas et semis decimas, quibus suariorum dispendia sarcuntur, damnum, quod inter susceptionem et erogationem necessario evenit, vini, hoc est septem et decem milium amphorarum perceptione relevetur. Cui rei illud provisionis accedat, ut Lucanus possessor et Brittius, quos longae subvectionis damna quatibant, possit, si velit, speciem moderata, hoc est septuagenerum librarum compensatione dissolvere, quod ibi debebit inferre, ubi vina fuerat traditurus. Quibus in rebus illud quoque a decessore tuo salubriter institutum est, quo suaris aestimandi licentia denegetur pondusque porcorum trutinae examine, non oculorum libertate quaeratur, ita videlicet, ut ne volenti quidem possessori tradere animal liceat, cuius modum non prius ponderatione certa deciderit suarius. Animal vero a possessore tradendum ob digeriem prius unius noctis tantum ieunitate vacuetur. Illud quoque salubris Constantinanae legis forma compescat, videlicet ut cum possessore, cui commodioris pretii beneficia indulta a veteribus principibus praerogativa providit, proprium ordo decidat ac transigat isque ordo suariis, quibuscum habet vini emolumenta communia, aut legitimum pretium, id est Romani fori, cui carnem fuerat in-

1 praetaxatum V 2 semis decimas] sic VT
W 2/3 susceptionem et erogationem] VT,
susceptiones W 5 possint si uelint VW,
possint si T 5/6 moderata] scripsi,
moderatam VT (sic potius quam adaeratam) W
10 anima W, deficit T prius W dediderit
W, deficit T 12 ut om. W cum] Gotho-
fredus, cum a VTW 13 praetii T, praetii W
14 proprium] Gothofredus [ad edictum Turci
Aproniani C. I. L. VI, 1771: cum suarios dam-
nis videremus affectos et eos etiam ordines,
qui suariam faciunt, providimus his levamen ex

titulo canonico vinario, ut viginti quinque milia amphorarum annua consequantur, sub ea divisione, ut duae partes suarii, tertia vero his ordinibus proficiat, qui suariam recognoscunt, ita ut idem ordines iuxta consuetudinem tam proprium quod appellatur quam annonas exsolvant et moderatione adhibita perinde a possessore suscipiant adque accipere sunt soliti], proprius VT, proprios W isque ordo suarii] Gothofredus, idque ordo suarius VTW quicum T 15 communia] communia communia (sic) T legitimum] T, legitim V, legitim. W

4 latus, tradat, aut carnem debitam subministret. Porro decimae semis, quam statuimus, non petantur ab his, a quibus fuerit pecunia ministranda. Haec autem omnia aeneae tabulae in foro suario collocandae ad aeternam memoriam oportebit insculpi. DAT. VIII ID. OCTOB. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

VTW

1 aut] ac T sumministret T 1/2 porro decimae (scr. decima et) semis (semes W) quam (quas Beck) st. n. p. ab (ad W) his a quibus fuerit pecunia] VW, porro | pecunia medias omisssis T 3 insculpi] insc...ci W

uiii spatio vacuo relicto om. W 4 remis] VW, rem. vel rom. T iuuino W in mense erratum est, nam ante Aug. 18 Valentianus Remis prefectus est Treveros

III, 4, 5 (389 Aug. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ALBINVM P(RAEFFECTVM) V(RBIS) ROM(AE). Suariorum vires ea concidisse occasione comperimus, quod fundi eorum adque alia praedia in extraneas quasque personas multimoda donatione transcritba sunt. Quae sublimis eminentia tua aut ad memoratorum iura revocabit aut, si eorum detentatores putaverint abnuendum, subeant cum his communem sarcinam, quorum incubuere corporibus. Consanguineos quoque eorum vel originales ut memoratorum nomini functionique iubeas adiungi, plenum et aequitatis et iuris est. DAT. XV KAL. SEPT. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VT [finit 7 rom. tim . . .] W

1 aaa. om. W	1/3 albinum p..... que alia	dum] TW, abluendum V 6 originalis W
(med. om.) T	4 reuocau(?)it T detentatores]	7 xu racto spatio relicto om. W romae] V,
T; detentores W	5 abnuen-	rom TW

III, 4, 6 (389 Aug. 25).

IDEM AAA. AD ALBINVM P(RAEFFECTVM) V(RB). Porcinarii urbis aeternae cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, id se divae memoriae Gratiani beneficio mernuisse proponunt, ne sordidis umquam muneribus subiacerent. Inl(ustris) igitur auctoritas tua divalium praeceptorum formam conservans etiam cum interminatione competenti suo insistat officio, quatenus id, quod et ante constitutum est et nulla postmodum iussione mutilatum, indubitatum adque intactum faciat perdurare. DAT. VIII KAL. SEPT. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

[sordidis semper muneribus liberentur
fin. IVST.]

VW [finit 5 praeceptorum]. — IVST. 11, 17, 1.

1 aa. W

III, 4, 7 (397 Febr. 15).

IMPP. ARROAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FLORENTINO P(RAEFFECTO) V(RB). Heredes suariorum, filiorum etiam emancipatorum bona omnia ac patrimonia requirantur, ut, sive personarum agatur ratio sive rerum, non minus habeatur obnoxius quem possessio tenet quam quem successio generis adstringit, dummodo suo ordini attributos suarii non amittant et propriis facultatibus solitisque subsidiis aliena adque longinqua et ab hoc munere distracta non quaerant. DAT. XV KAL. MAR. MRD(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

3 obnoxiis V	4 generis] V ^b , +ene. is V ^a	scr. subsidiis contenti
amittant] scripti, admittant V	5 subsidiis]	

III, 4, 8 (408 Ian. 15).

IDEM AA. HILARIO P(RAEFFECTO) V(RB). Quicumque de suariorum corpore originariam functionem sub cuiuslibet desiderio auxilii vel honore declinasce noscuntur vel ad diversa

1 requiritur idem AA. et Theodosius A. 2 ad diuersa] Cuiacius, aduersa V

se officia contulisse aut adnotationibus vel rescriptis nostrae serenitatis elicitis, ad munus pristinum revocentur, tam qui paterno quam qui materno genere inveniuntur obnoxii: oportet enim viribus vacuari, quae in dispendium publicum adumbratione extorta sint. Nullique penitus ad quemlibet honorem adque militiam aditus tribuatur et si qua deinceps de nostris altaribus per adnotationem vel rescriptum vel quolibet genere fuerint 1 elicita vel emendicata, cassentur. Eos etiam, qui ad clericatus se privilegia contulerunt, aut agnoscere oportet propriam functionem aut ei corpori quod declinant propriae 2 patrimonii facere cessionem. Ii vero, qui praedia obnoxia corpori vel exempto vel ex donato vel ex quolibet titulo tenent, pro rata publicum munus agnoscent aut possessionibus cedant. Circa reliqua etiam corpora, quae ad privilegia urbis Romae pertinere 10 noscuntur, eadem praecepti nostri forma servetur. DAT. XVIII KAL. FEB. ROMAE BASSE ET PHILIPPO CONSS.

V

1 aut delendum 2 reuocetur V tam qui] | dus, exorta V 4 et si] Gothofredus, nisi V
Cuiacius, tamquam V 3 extorta] Gothofre- | 8 hii V

XIII, 4, 9 (417 Dec. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEPECTO) P(RAETORI)o. POST ALIA: Ad excludendas patronorum caudicariorum fraudes et Portuensium furtu mensorum unus e patronis totius consensu corporis eligatur, qui per quinquennium custodiam Portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas digma missurus, ne quid ex specie fraudis occulta vectorum pessimae qualitatis inmutet. Cui praemia ista deferimus, ut, si optima fide administraverit munus iniunctum, post expletas lustralis sollicitudinis metas comitivae tertii ordinis honore cumuletur idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto; deprehensus in fraude amissio patrimonio ad pistrini etiam munia prima revocetur. Illud etiam decernimus, ne in singulos tres primos patronos corporum singulorum vir clarissimus p(rae)f(ectus) ann(onae) ius habeat corporalis iniuriae; nam sufficit in delinquentem inl(ustris) urbani censura iudicii. DAT. VII KAL. IANV(AE.) RAV(ENNIAE) HONOR(IO) A. XI ET CONST(ANTIO) II V. C. CONSS.

V

8 deprahensus V fraudem V 9 singulos] Gothofredus, singulis V

XIII, 4, 10 (419 Jul. 29).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEPECTO) P(RAETORI)o. Suardi pecuarii iungantur: sub hac tamen condicione decreti corpora volumus miscere, ut rescissis privilegiis, quae impetrasse di- 1 cuntur, mixtae corporum vices alternis fungantur officiis. Quibus cum lege concedimus, ut corpora externa iungamus, e re est, ut his quoque suas reddi iubeamus personas, quas rescissis omnium privilegiis vinculis gratiosis sententiis, si quas in abolitionem genuinae functionis callida fraude meruerunt, restitui cum facultatibus suis posthabita 2 dilatione. Nulla tamen eos corporis iniuriae formido percellat: nam praecepimus, ut tres huius corporis principales tertii ordinis comitivam recipient, quam sibi non iam ex 3 codicillis nostris, sed ex privilegio latae legis adsumant. Per quinque autem menses quinas in obsoniis libras carnis possessor accipiat, ne per minutias exigui ponderis amplius 10 fraudis occulta decerpatur. Possessores quoque, qui pro larido milenos denarios in vicenis 4 libris solebant conferre, suardi in pretio exsolvant. Primiscrinii quoque tam inl(ustris) urbanae sedis quam spectabilis vicariae potestatis, nisi anno militiae finali institerint,

3 uices] uires Reinesius 4 externa] fortasse | 10 accipiat] appendat Gothofredus 11 qui] alterna 4/5 ut his quoque suas iubeamus per- | scr. quos dinarios V 12 praetio V 13 finali] sonas rescissis (del. reddi et quas) scr. 8 tertii] Beck, finalis V institerint] Gothofredus, in- Cuiacius, certi V comitua V 9 menes V | stiterit V

ad supplendam summam praeteritae dissimulationis artentur, ut ex propriis facultatibus debita suariae functionis exsolvant, quae neglexerunt flagitare dum militabant, privilegia 5 etiam militiae perdituri. Quattuor milia sane obsoniorum, amputatis superfluis ac domus nostrae perceptionibus, diurna sublimitas tua decernat, quibus copiis populus animetur. DAT. III KAL. AVG. RAV(ENNAE) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

5

V

V. DE MANCIPIBVS THERMARVM VRBIS ET SVBVECTIONE LIGNORVM.

u om., sed est in margine sup. R V V

II, 5, 1 (368? 370? Apr. 3).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Quidquid erga mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant, in exercitio compendiisque salinarum scitis priorum principum cautum est, aeterna sanctione firmamus. DAT. III NON. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE CONSS.

V (cum Solms.).

4 tria *V*

VI. DE CALCIS COCTORIBVS VRBIS ROMAE ET CONSTA(N)T(INOPOLITANAЕ).

ui om., sed est in margine sup. R VI V

II, 6, 1 (359 Mart. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFIVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Ex omnibus praediis, quae iam dudum praestationi calcis cooperunt obnoxia adtineri, coctoribus calcis per ternas vehes singulae amphorae vini praebeantur, vecturariis vero amphora per bina milia et nungenta pondo calcis. Quin etiam volumus non personas, sed ipsos fundos titulo huius praestationis adstringi. Vecturarios etiam ex quattuor regionibus trecentos boves praecepimus dari. DAT. VIII KAL. APRIL. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

5

V

3 nungenta] *sic V* 5 uecturarios] *V*, uecturariis *Gothofredus*

II, 6, 2 (364 Iun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Oratio nostra immunitatem eorum, quos coctio calcis manet, et vecturiorum est evidenter amplexa. Quaecumque igitur extraordinariorum prisca adque inveterata consuetudine huiusmodi sortis homines antea sunt adepti, nunc quoque ad leniendum opus quod sustinent publici muneris consequantur. DAT. VI ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARE(ONI)ANO CONSS.

5

V

2 immunitatem] *sic V*

II, 6, 3 (365 Aug. [?] 6).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM V(IEVM) C(LARISSINVM) VIO(ARIVM). Statum urbis aeternae reformatre cupientes ac providere publicorum moenium dignitati iubemus, ut calcis coctoribus

1 u. c. uic.] *immo pū, ut praecriptum est* | *Caeionii Rufi Volusiani (C. I. L. VI, 512. 794. reliquis legibus ad eundem magistratum datis, 1171. 1173. 1174. 3866 = 31763), ei enuntiatur id quod confirmatur titulis urbanis huiusce tur etiam in ipsa hac lege sub finem.*

vectoribusque per singulas vehes singuli solidi praebeantur, ex quibus tres partes inferant possesseores, quarta ex eius vini pretio sumatur, quod consuevit ex arca vinaria ministrari: illud addentes, ut non amplius quam terna milia minores vehes annuae postulentur. Huius autem vehationis ita sit ratio partita, ut mille quingenta onera formis, alia sartis tectis annua deputentur, ita ut nulli iudicium seu officiorum excoquendae calcis licentia relinquatur, sub eo statuto, ut, qui in hac usurpatione fuerit, austeritatem vigoris publici ferre cogatur. Hoc autem excepto a Tarracinensis praestationis canone suggera, quae vetusto praeberi fari ac Portus usibus more consuevit. A curialibus vero Tuscis nungentarum vehum, quas inferre per singulos annos cogebantur, sarcinam sub ea condicione praecipimus amoveri, ut, si quando necessitas novi operis extiterit, id ipsum in notitiam nostram suggestionibus iudicum preferendum quid addendum vel quatenus inferendum sit, nostrae deliberationis moderamine sanciatur. Ex supra dicto autem numero vehationis medietatem, quam sartis tectis iussimus deputari, separatim conveniet adscribi, ita ut praefecti urb(i) officium ad suam partem hanc curam pertinere cognoscat. DAT. VIII ID.
 AVG. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

13

V

2 pretio] <i>Cuiacius</i> , praetium <i>V</i> 6 fuerit] scr. 10 ut si] Beck, utri <i>V</i> 11 preferendum] scr. fuerit deprehensus 7 fortasse sic fuit: hoc preferendo 14/15 propter monsem vide ad autem excepto Tarracinensis praestationis ca- 1, 6, 5 nonne suggeratur 8/9 nungentarum] sic <i>V</i>

XIII, 6, 4 (382 Apr. 1).

IMPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD SEVERVM P(RAEPOTVM) V(RBI). Ut caementorum et calcis in urbe venerabili copiae minime derogetur, quisquis ex his quippiam sibi deferendum qualibet caelestis indulgentiae definitione contenderit, nihil prorsus accipiat, nisi quod cunctis moenibus fabricationique Romanae superfluere ac redundare constiterit. DAT. KAL. APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

1/2 <i>pu</i>] vide ad 6, 6, 1 2 cementorum <i>V</i> 5 medundare <i>V</i>
--

XIII, 6, 5 (419 Oct. 4).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AETIO P(RAECOPTO) V(RBI). Omnes fornaces per omne spatium, quod inter amphitheatum et divi Iuliani portum per litus maris extenditur, tolli praecepsimus propter salubritatem urbis amplissimae et nostrarum aedium vicinitatem nec ulli in his locis coquendae calcis praeberi licentiam. DAT. III NON. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

WW

1 aethio <i>V</i> , aetio vel etio <i>W</i> 2 amphiteatrum <i>V</i> punctionis gratia videtur adiectus) <i>W</i> 3 et] ut 2/3 extenditur' vel extenditus' (sicilicus inter- <i>W</i> 4 iii <i>W</i> 5 monarxio <i>V</i>
--

VII [= BREV. I]. DE COLLEGIATIS.

uui post rubr. *W*, om. *V*. — colleiatis *NXP*
M, collegatis *ES*. — *Iust.* 11, 18: de col-
 legiatis et chartopratibus et nummulariis

XIII, 7, 1 [= BREV. XIII, 1, 1] (397 Mai. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. GRACCHO CONS(VLARI) CAMPANIAE. De retrahendis collegiis vel collegiatis iudices competentes dabunt operam, ut ad proprias civitates eos,

1 <i>aa</i>] <i>aaa</i> <i>H</i> , om. <i>O</i> gracco <i>VHNOPMS</i> , gracho <i>C</i> , graeco <i>E</i> , greco <i>G</i> , om. <i>L</i> cons] <i>MLS</i> 2 colligiis <i>H</i> collegiatis] <i>VWH</i> <i>GOXC</i> , colleiatis <i>N</i> , de collegiatis <i>L</i> , collegati <i>ES</i> , colleiatis <i>M</i> , colleiatis <i>PM</i> b con- petentis <i>V</i> , cum petentis <i>E</i> dabunt operam (eram <i>N</i>)] o. d. <i>O</i> ciuitatis <i>WE</i> a
--

qui longius abierunt, retrahi iubeant cum omnibus, quae eorum erunt, ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant adtineri. De quorum agnatione haec forma servabitur, ut, ubi non est aequale coniugium, matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit, patri cedat ingenua successio. DAT. VIII KALEND. IVN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATT(ICO) CONSS.

INTERPRETATIO. Collegati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suaef officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserant, revocentur: de quorum filii haec servanda condicio est, ut, si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.

VW. — BREV. (*HNG[bis] O[om. int.] EXCPMLS; verba ubi non est aeq. c. m. s. agnatio Seckel monuit redire in constitutione ficticia adlata supra p. 240.*)

1 habierunt *VH*, habuerunt *G* (*loco secundo*) retrahili *L*, re (*in fine pag.*) *S* iubeantur *HN* *GE* erunt] erant *G*, sunt *W* desideriis *G* 2 suarum *om. N* locum *L*, loca *HNEG* originaria *E*, originaria *HN*, originaria (-alia *loco sec.*) *G*, originali *O* adteneri *N*, adtineri *G*, adtendere *H*, adtineri. *W* de quorum] decorum *NXM^aL* acnatio *V*, acnatione *N*, agnatione *WG^aL*, actione *G^v* 2/3 seruetur *GO* 3 ut] et *G*, *om. OP^a* matre *N* anatio *W^a*, agnitio *G* (*loco sec.*) fuerit *G* 4 ingenua] ingenuo *G* dat. *uiiii* (*sic V*, *uiii brev.*, *om. in sp. vac. W*) k. (*om. in sp. vac. W*) iun. (*ian. G*) med. caes. et att. *libri* 5 collegiat *P^a*, colligia *L*, collegati *ES*, colligati *N* si *om. L* de] a *E* discesserint *HG^aS*, discesserant *G^b*, decesserint *E* 6/7 seruanda (*obseruanda G*) cond. est] e. s. c. *H* 7 ut] quod *G* de colonam *H* ancillam *H*, de ancilla *G* nascantur *HGE*

matrem] mater *L^a* agnicio *G* (*loco sec.*) 8 et] ex *XCPMS* colligato *ES*, colleiato *PM*, colligato *N* colligati *E*, colleiati *PM*, colligati *N* nascantur *HPMSE*

Inserit post 14, 7, 1 constitutionem hanc aperte ficticiam (14, 3, 2 apud Haenelium) *L*: IMP^{PP}. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS). Si servus cuiuslibet in (*om. L*) fuga positus vel quacunque de causa ad aliam transmigraverit provinciam et in eadem qua adierit loca nomen sibi libertatis usurpare praesumperit, ut sic apud ignotos (apud dignitos *L*) clarior honorabiliorque agnoscatur; is igitur si repertus fuerit et dominus eius coram iudicibus de statu personae sententiam promulgaverit, non ibi causatio audienda erit vel falsa libertas edocenda, sed ubi a petitore domino origo eius obnoxia servitutem tenetur.

II, 7, 2 [3 Haenel] (412 [409?] Nov. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. LIBERIO P(RAFFECTO) P(RAETORI)o. POST ALIA: Collegatos et vitutiarios et Nemesiacos signiferos cantabriarios et singularum urbium corporatos simili forma praecipimus revocari. Quibus etiam supplicandi inhibendam facultatem esse censuimus, ne originem, quod fieri non potest, commutare ulla iussio videatur ac si forte per sacram auctoritatem cognoscitur aliqui liberatus, cessante beneficio ad originem revertatur. DAT. VI KAL. DECEMB. RAV(ENNAR) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VW

2 uitutiarios] sic *VW* 5 per sacram auctori- | vacuo relicto *om. W* ū *om. W* propter sub- tem] *V*, sacram autem (*sic*) *W* 6 ui spatio | scriptionem vide ad 8, 4, 25

VIII. DE CENTONARIIS ET DENDROFORIS.

uiii] *V²* *W*, *om. V¹*

II, 8, 1 (315 Sept. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD EVAGRIVM P(RAFFECTVM) P(RAETORI)o. Ad omnes iudices litteras dare tuam convenit gravitatem, ut, in quibuscumque oppidis dendrofori fuerint, cento-

2 grauitate *W*

THEOD. I.

nariorum adque fabrorum collegiis adnectantur, quoniam haec corpora frequentia hominum multiplicari expediet. DAT. XIII KAL. OCTOB. NAISSO, ACC(EPTA) VIII ID. NOVEMB. CONSTANTINO A. III ET LIOINIO III CONSS.

VV

1 colligis W, om. V	2 xiiii omittit in sp.	def. W
nae. W	2/3 a. iii] V, a. iii W	3 iii] V,

XIII, 8, 2 (360 Ian. 28).

IMPER. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEPCTVM) V(ENI). Ne quis ex centonariorum corpore subtrahere se possit ad curiam, poena eidem corpori proponita, nisi ilico de eius abscessu querellam deposuerit. DAT. V KAL. FEB. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N. F. ET VICTORE V. C. CONSS.

VV

1 Imp. W	aa W olebrium W	3 nisi] relictio om. W	triū V, triuef W	4 nc.] ne(Y)al W	quarellam V u spatio vacuo	W, om. V
----------	-----------------	------------------------	------------------	------------------	----------------------------	----------

VIII. DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMAE ET CONST(ANTINO)P(OLITANAE).

rubrica evanuit W. — uiii] V^{1*}, om. V¹. — Iust. 11, 19.

XIII, 9, 1 (370 Mart. 19).

IMPER. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEPCTVM) V(ENI). Quiunque ad urbem discendi cupiditate veniunt, primitus ad magistrum census provincialium iudicium, a quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras perferant, ut oppida hominum et natales et merita expressa teneantur; deinde ut in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam navare proponant; tertio ut hospitia eorum sollicite censualium norit officium, quo ei rei inpertiantur curam, quam se adseruerint expetisse. Idem inmineant censuales, ut singuli eorum tales se in conventibus praebant, quales esse debent, qui turpem dishonestamque famam et consociationes, quas proximus putamus esse criminibus, aestiment fugiendas ne spectacula frequentius adeant aut adeptant vulgo intempestiva convivia. Quin etiam tribuumus potestatem, ut, si quis de his non ita in urbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat, publice verberibus adfectus statimque navigio superpositus abiciatur urbe domumque redeat. His sane, qui sedulo operam professionibus navant, usque ad vicesimum aetatis suae annum Romae liceat commorari. Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, sollicitudine praefecture etiam impurius ad patriam revertatur. Verum ne haec perfuntorie fortasse currentur, praecelsa sinceritas tua officium censuale commoneat, ut per singulos menses, qui vel unde veniant quive sint pro ratione temporis ad Africam vel ad ceteras provincias remittendi, brevibus comprehendat, his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes autem breves etiam ad scrinia mansuetudinis nostrae annis singulis dirigantur, quo meritis singulorum institutionibusque conpertis utrum quandoque nobis sint necessarii, iudicemus. DAT. III ID. MART. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

VV

1 impp. W	aa W	2 cupiditatem W	15 impurius] sic V
3 ueniundi V	4 et merita] V, om. W	ex- praessa V	W, inuitus Conring perfuntoriae VV
6 sollicitate W	7 idem] VV,		19 adiuncti similes] W, aut sic aut adiunctis
item Gothofredus	8 consociationes] W, tiones		miles V 21 necessarii] fortasse scr. necne
in litura V ^b	10 conibbia W	11 publi-	necessarii data. W triū V, tr.e. W ualante
cae V	13 professioni. V ^a	14 tempsos W	iii aa. cons. W

I, 9, 2 (372 Mai. 8).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) v(RBI). Antiquarios ad bibliothecae codices compendios vel pro vetustate reparandos quattuor Graecos et tres Latinos scribendi peritos legi iubemus. Quibus de caducis popularibus, et ipsi enim videntur e populo, competentes in pertinantur annonae: ad eiusdem bibliothecae custodiam condicionalibus et requierendis et protinus adponendis. DAT. VIII ID. MAI. MOD(ESTO) ET ARINT(HABO) CONSS.

5

VW [finis 3/4 competentes].

1 aa. W bibliotecae W 2 latinus W

I, 9, 3 (425 Febr. 27).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VALENTINIANVS CAES. Universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistracionibus cellulisque collectos undecumque discipulos circumferre consuerunt, ab ostentatione vulgari praecipimus amoveri, ita ut, si qui eorum post emissos divinae sanctionis adfatus quae prohibemus adque dannamus iterum forte temptaverit, non solum eius quam meretur infamiae notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa ubi versatur inilicite urbe cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domus eadem exercere privatum studia consuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huismodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii auditorium constituti, ii omnibus modis privatarum aedium studia sibi interdicta esse cognoscant scituri, 10 quod, si adversum caelestia statuta facientes fuerint deprehensi, nihil penitus ex illis privilegiis consequentur, quae his, qui in Capitolio tantum docere praecepti sunt, merito 15 deferuntur. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanae eloquentiae doctrina commendat, oratores quidem tres numero, decem vero grammaticos; in his etiam, qui facundia Graecitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sofistae et grammatici aequae decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundioris quoque scientiae adque doctrinae memoratis magistris 20 sociamus auctores. Unum igitur adiungi ceteris volumus, qui philosophiae arcana rimetnr, duo quoque, qui iuris ac legum 'formulas' pandant, ita ut unicui- [voluntates] IVST. que loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere vel magistri neve linguarum confusio permixta vel vocum aures quorundam aut mentes a studio litterarum avertat. DAT. III KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VALENT(INIANO) CONSS.

V. — IVST. 11, 19, 1.

1 magistratus nomen om. et Th. et Iust. (in hoc p̄ add. Contius conjectura omnino); collata constitutione 15, 1, 53 apparel datam esse Constantio p̄ 7 consueverunt Iust. 9 sin] Iust., sint V 10 ii Iust., hi V 11 statuta]	Iust., itauta V deprachensi V 12 consequantur Iust. 14 eloquentiae V doctrina (doctrine O) commendat oratores] Iust., doctrinae mandatores V 16 adolescentium V ^b 17 profundiiores V 22 a] Iust., ad V
--	---

X. DE HABITV, QVO VTI OPORTET INTRA VRBEM.

x] V^{1*}, om. V¹

II, 10, 1 (382 Ian. 12).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PANCRATIVM P(RAEFFECTVM) v(RBI). Sine exceptione temporis matutini, dumtaxat intra moenia constitutus, nullus senarum habitum sibi vindicet militarem, sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac paenularum induat vestimenta. Cum autem vel conventus ordinis candidati cooperit

3 clamidis V 4 penularum V coperit V

agitari vel negotium eius sub publica iudicis sessione cognosci, togatum eundem inter-
1 esse mandamus. Officiales quoque, per quos statuta complentur ac necessaria peragun-
tur, uti quidem paenulis iubemus, verum interiorem vestem ad modum cingulis observare,
ita tamen, ut discoloribus quoque palliis pectora contegentes condicionis suae necessi-
2 tatem ex huiuscemodi agnitione testentur. Servos sane omnium, quorum tamen domi-
3 nos sollicitudine constat militiae non teneri, aut byrris uti permittimus aut eucullis. Si
quis de senatoribus statuta neglexerit, proprii auctoritate honoris exutus ingrediendi sena-
tum iam non habeat potestatem; officiales vero, sed et servi, qui pudoris non possunt
dispendium sustinere, exilii poenam subire iubeantur: officio censuali viginti librarum
auri non inmerito dispendiis subiugando, si culpam usurpationis huiusce aut dissimula-
tione subpresserit aut accepta pretii mercede subtraxerit. DAT. PRID. ID. LANV(AR.) CON-
STANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

3 penulis <i>V</i> cingulis obserare <i>Gothofredus</i> , <i>fredus</i> , pectora <i>V</i> 6 cacullis <i>V</i> 10 dis-	<i>cinguli subserere malim</i> 4 pectora] <i>Gotho-</i> <i>pendiis</i>] <i>Beck</i> , dispendii <i>V</i> 11 praetii <i>V</i>
--	---

XIIII, 10, 2 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. Usum tzangarum adque bracarum
intra urbem venerabilem nemini liceat usurpare. Si quis autem contra hanc sanctionem
venire temptaverit, sententia viri inl(ustris) p(rae)f(ecti) spoliatum eum omnibus facultati-
bus tradi in perpetuum exilium praecipimus. ET CETERA. DAT. P(RO)P(OSITA) ROMAE IN
FORO DIVI TRAIANI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1 bracharum <i>V</i> 3 temptauerit <i>V</i> 4 dat 1. 14, 14, 1. 15, 2, 3, quarum secunda sola diem pp] dat et pp iunctae subscriptionem eandem servarit, iudicat <i>Gothofredus</i>	<i>fuisse in constitutionibus quattuor hac et 14, 11,</i>
--	---

XIIII, 10, 3 (399 Jun. 6).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFFECTO) V(RBI). Intra urbem Romam nemo vel bracis vel
tzangis utatur. Quod si quisquam post praeceptum nostrae clementiae in hac contu-
macia perduraverit, prout condicio siverit, cohercitus sacra urbe pelletur. ET CETERA.
DAT. VIII ID. IVN. BRIXIAE. THE(O)D(ORO) V. C. CONS.

V

1 bracis] <i>Reinesius ad l. 2, ragis V</i> 2 tzancis <i>V</i> 2/3 contumachia <i>V</i> 4 theodoro] thed. <i>V</i>
--

XIIII, 10, 4 (416 Dec. 12).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PROBIANO P(RAEFFECTO) V(RBI). Maiores erines,
indumenta pellium etiam in servis intra urbem sacratissimam praecipimus inhiberi, nec
quisquam posthac inpune hunc habitum poterit usurpare. Si quis autem neglexerit
nostrae sanctionis vigorem, ingenuus legis laqueos non evitet, servus operi publico vindici-
cabitur. Quod innotescere non solum intra urbem protinus, verum etiam in vicinis
regionibus non licere sancimus. DAT. PRI(D). ID. DEC. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET
PALLADIO CONSS.

V

4 laqueus <i>V</i> 5 protinus] <i>scripti</i> , pertimus <i>V</i> , petimus <i>Tilius</i>

XI. QVIBVS MILITANTIBVS AD VRBEM NON LICEAT ACCED(ERE).

xi] V^{2*}, om. V¹

II, 11, 1 (397 Apr. 7).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Agentes in rebus adque palatinos aliosque milites inferioris militiae exceptis his, quibus negotium aliquod aut munus fuerit iniunctum, omni penitus arceri urbis venerabilis iubemus accessu, ita ut, si quis nostri edicti auctoritatem violare temptaverit, deportatione plectatur. ET CETERA.
DAT. ET P(RO)F(OSITA) ROMAE VII ID. APRIL. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

5 dat. et pp] vide ad 14, 10, 2

XII. DE HONORATORVM VEHICVLIS.

xii] V^{2*}. om. V¹. — Iust. 11, 20.

II, 12, 1 (386 Ian. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NEBRIDIO P(RAEFFECTO) V(RBI).
Omnes honorati seu civilium seu militarium 'dignitatum' vehiculis dignitatis suae, id est carrucis 'biugis', intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. DAT. III KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(is) N. F. ET EVODIO CONSS.

om. IVST.
om. IVST.

V (cum Solms.). — IVST. 11, 20, 1.

XIII. DE IVRE ITALICO VRBIS CONSTANTINOPOL(ITANAE).

xiii] V^{2*}, om. V¹. — Iust. 11, 21: de privilegiis urbis Constantinopolitanae.

II, 13, 1 (370? 373? Aug. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CLEABCHVM P(RAEFFECTVM) V(RBIS) CONSTANTINOPOLITANA. Italici iuris auxilium arbitra aequitate renovamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus intimetur et incisa tabulis debita sollemnitate permaneat. DAT. PRID. NON. AVG. HIEROPOLI VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

4 Clearchum praefectum cum leges aliae no- | *quominus cum locum etiam a. 370 obtinuerit, ex*
minent ad a. 372. 373 et ad hunc etiam Cas- | *quo extant leges duae datae Hieropoli Aug. 10.*
siodorus (chron. min. 2 p. 153), nihil obstat, | *Sept. 18*

XIII. DE CAMPO MARTIO VRBIS ROMAE.

xiiii] V^{2*}, om. V¹.

II, 14, 1 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Eos, qui in campo Martio casas seu tuguria conlocare temptaverint, sententia viri inl(ustris) p(rae)flecti

2 cass. *V*

spoliatos omnibus facultatibus tradi in perpetuum exilio praecipimus. ET CETERA. DAT.
ET P(RO)P(OSITA) ROMAE IN FORO DIVI TRAIANI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1/2 dat. et pp] vide ad 14, 10, 2

XV. DE CANONE FRVMENTARIO VRBIS ROMAE.

xu] V^{**}, om. V¹. — Iust. 11, 23.

XIII, 15, 1 (364 Jul. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFFECTVM) V(RBI). Ne pessimum panis populi Romani usibus ministretur, sola ducentena milia modiorum frumenti integri adque intemerati iuxta priscum morem mensores et caudicarii levioribus pretiis pistoribus venundare cogantur. DAT. VI ID. IVL. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARB(ONIANO) CONSS.

V (cum Solms.)

1/2 pessimum]	pe...us	V*	2 sola]	fortasse	ad iunctas
solito	3 more	V	praetiiis	V	4 iul.] iun.

XIII, 15, 2 (366 Jun. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD IVLIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Nautici apud 'curatorum' vel magistratum acta 'fateantur' incorruptas sese species suscepisse eorumque, apud quos deponitur ista testatio, praesens aspectus probet nihil in his esse vitii. Quod eo tempore, quo ad sacrae urbis Portum pervenit, praefecturam ingiter observare praeceptum est. DAT. XVIII KAL. IVL. REMIS GRATIANO A. I ET DAGALAIFO CONSS.

IVST.	'praevidum'
'confiteantur'	

V. — IVST. 11, 23, 1.

3 sese species] se respicies V, species Iust. 5 praefectura V 6 a. i] requiritur n. p.

XIII, 15, 3 (397 Apr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. AD SENATVM. Certum habetis, patres conscripti, quantum curarum inpendimus pro vestris ac populi commodis; ideoque hac lege sancimus, ut, || si quid frumenti vel olei urbicarii canonis remissione indulsum est, speciali beneficio contra publicum commodum elicta non valeant ||.

inc. IVST.
fin. IVST.

1 Urbani etiam usus frumenta si quando vel fortuna vel ratio in Africæ coegerit residere litoribus, adtingere nullus audeat aut mutatis directoriis quoquam praeter sacram urbem praescribiti ullius innovatione transmittere. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V. — IVST. 11, 23, 2.

1 ad senatum]	et populum addunt iunctae	africa V	7 xuii] V, xui Iust. (Russ.), xuii
4 commodum publicum Iust.	5 africæ]	(vel uiuii) Iust. (I)	mai.] mart. Iust. (Russ. K)

XIII, 15, 4 (398 Apr. 12).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFFECTO) P(RAEOTORI)o. Inproborum petitiones, qui impudentius ausi sunt postulare pensiones aquae molarum, quae urbi venerabili annonas abundantius praestitissent, quinque librarum auri multa infligat, nisi ab hac petendi importunitate

3 adfligat Gothofredus

descendant. Illos etiam, qui potestati praefecturae annonariae praesunt, et apparitores, qui isdem ministeriis obsecundant, par multa retineat, si cuiusquam inprobissimi hominis 1 consenserint vel paruerint voluntati. Simili autem poena teneantur, qui aliquid ex his horreis cellulis, quae intra urbem Romam adque in Portu constitutae pistorio iure retinentur, sibimet tamquam possessione privata ausi fuerint vindicare. DAT. PRID. ID. 5 APRIL. MED(OLANO) HONOR(10) A. III ET EVTYCHIANO CONSS.

VW (incipit 4 que intra).

2 hisdem V par] per V 5 ausi] W, ausus V

III, 15, 5 (399 Sept. 4).

IDEA AA. MESSALAE P(RAFFECTO) P(RAETORI)o. Neminem patimur in mutando canone urb(is) Romae nostrae clementiae beneficium postulare. Ideoque evidenti praeceptione consulentes non solum ea rescripta, quae quoquomodo potuerint impetrari, suscipi non sinimus, verum etiam illa vacuari, quae praeteritum quoque tempus elicit. Ac ne ullus subreptioni patescat aditus, eos, qui post-hac commutari sibi canonem in fraudem venerandae urbis poposcent, ad duplum retinendos esse decernimus, || ut vetus dispositio suum robur obtineat. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ALTINO THEODORO V. C. CONS.

IVST.

sed etiam

eos uero, qui contra haec fecerint, in

|| fin.

10

V (cum Solms. c. ad 8 retinenda) W. — IVST. 11, 23, 3.

3 euidentij malim euidenti ei 5 preteritum W | 10 conss. W
6 potescat V aditos W 9 robor VW

III, 15, 6 (399 Sept. 28).

IDEA AA. MESSALAE P(RAFFECTO) P(RAETORI)o. || Ne deinde facinora inpunitate coalescant, evidenti praeceptione decernimus, ut a vicario ceterisque iudicibus, quos ex urbicario canone quidquam usurpasse constituerit, in quadruplum prae-sumpta poscantur, ita ut duplum iudices, duplum eorum officia cogantur inferre. Deinceps autem nisi ab huiusmodi scelere temperetur, iudices deportationis poena retinendos, primates officiorum capitali supplicio subiungandos perpeti auctoritate sancimus. ET CETERA. DAT. III KAL. OCTOB. ALTINO THEODORO V. C. CONS.

|| inc. Vicarios quin etiam ceterosque iudices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant, deportationis poena detineri, primates o. c. s. subiugari perpetua auctoritate sancimus IVST.

5

10

VW. — IVST. 11, 23, 3.

2 inpunitate] W, inpunita V 4 constetirit | W 7 temperatur W 8 kapitali W per-
W 5 duplum iudices] iudices i duplum (sic) | piti W 10 conss. W

XVI. DE FRVMENTO VRBIS CONSTANTINOPOL(ITANAE).

xui] V^{2*}, om. V¹. — Iust. 11, 24.

III, 16, 1 (409 Apr. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAFFECTO) v(RBI). Quingentas auri libras partim a tui culminis indagine, partim amplissimi senatus grata inflatione collectas ad prohibendam famem ita huic titulo consecramus, ut, quidquid super frumentaria comparatione titulus emptionis invenerit, in tribunalibus praefecturae urbanae sub gesto-

8 huic] uic V^a titulos W

rum testificatione pandatur, ut summa collecta et incrementa, quae venundato tritico accesserint, patrum insinuetur examini, omni adeo, quae contra hunc titulum temptsabitur, usurpatione cessante, ut nec tuae sedis auctoritate nec cuiquam liceat cuiuscumque vel honestae occasionis obtentu haec perpensa ullo pacto convellere, ne non modo tot sententiарum violare munimina videatur, sed et familiari dispendio quatiatur et id, quod ex hac auri quantitate decerpserit, geminatum arcas frumentariae inferat. Si quis autem privatim ad usus proprios intra urbem amplissimam frumentum comparare voluerit, habeat licentiam coemendi. DAT. VI KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

VW

1 testificatio <i>V</i>	pandantur <i>W</i>	2 insenui-	3 auctoritati <i>W</i>	cuiuscumque <i>W</i>	4 honest-
<i>W</i>	omni adeo] <i>W</i>	<i>V</i>	tate occasionis <i>V</i>	connellere] n(?)onuellere <i>W</i>	<i>W</i>

XIII, 16, 2 (416 Jul. 23).

IDEA AA. VERSO P(RAEFFECTO) V(RBI). Nulli, ne divinae quidem domui nostrae frumentum de horreis publicis pro annonae penitus praebeat, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytæ memoriae Constantino praestitutus nec non a divo pietatis meae avo f auctus expendi, quoniam crescit inopia, si frumento, quod pro annonae tribuitur, ad usus alios deputato cogentur sibi de publico emere quae aliis vendere potuissent. DAT. X KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO V. C. CONSS.

[Theodosio IVST.
frumenta que p. a. tribu-
untur ad u. a. deputata] IVST.

VW. — IVST. 11, 24, 1.

1 pu.] po. vel pp. <i>W</i>	domuij <i>VW</i> , domuij	putatagentur <i>V</i>	7 publico] <i>Vb</i> , publico <i>Va</i> ,
<i>W</i>	4 prestitutus <i>W</i> , praestitus <i>Iust.</i>	<i>pliblico W</i>	uendere] <i>VW Iust.</i> , malum uenire
5 actus <i>Va</i>	6/7 deputato cogentur] <i>W</i> , de-	8 theodořo <i>V</i>	uc.] <i>W</i> , om. <i>V</i>

XIII, 16, 3 (434 Nov. 26).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. LEONTIO P(RAEFFECTO) V(RBI). Sescentarum undecim auri librarum¹ quantitas ad coemptiōnem frumentariam sit perpetuo dedicata, nec liceat cuiquam postea administratione urbicariae potestatis percepta aliquid ex memorata summa minuere vel ad quoscumque alios usus convertere; sed sub gestorum testificatione certum fiat et quod mancipibus mutui nomine datum est et quod ab isdem sit excepta omni concussione solvendum. Eum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquinare, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus, et quidquid ex predicta ratione adcreverit, ad cumulum memoratae auri quantitatis et frumentarii tituli somitem redundare legisque huius tenorem aeneis tabulis incidi. DAT. V KAL. DECEMB. CONSTA(NTINO)P(OLI) ARIOBINDO ET ASPARE CONSS.

IVST.	
"auri statuta"	
"eadem"	
"eiusdem"	10

VW. — IVST. 11, 24, 2.

2 sexcentarum <i>W</i>	librarum auri <i>W</i>	m. recens), deficit <i>W</i>	11 quantitas <i>W</i>
3/4 post administrationem <i>W</i>	7 hisdem <i>VW</i>	somitem] firmiter <i>Iust.</i> (KOI)	12 u. vacuo
8 inquinare] <i>Iust.</i> , inquietare <i>V</i> (inquietare		spatio relicto om. <i>W</i>	aspere <i>V</i>

XVII. DE ANNONIS CIVICIS ET PANE GRADILI.

xvii] *V^{1*}*, *om. V¹*. — *rubricam om. in sp. sec. W.* — *Iust. 11, 25: de annonis ciuicis.*

II, 17, 1 (364 Mart. 27).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. IOVIO P(RAEPHOTO) V(RBI). Quia conperimus non-nulos venditis aedibus panes earum penes se retinere, nulli liceat, ut aedes sequantur annonae. Sane si qui ex huiusmodi titulo caduci sint panes, fisci viribus vindicentur.
DAT. VI KAL. APRIL. DIVO IOVIANO ET VARBONIANO CONSS.

V (cum Solms.) W

1 iouio]	Iovinus est 8, 15, 3	1/2 nonnullo <i>V</i>	3 sunt <i>W</i>	unidecentur <i>W</i>
2 nulli]	scr. nulli id	eorum <i>W</i>		

II, 17, 2 (364 Dec. [?] 9).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEPHOTVM) P(RAETORI)o. Panis gradilis in alium gradum translatio inhibeat et cognoscat officium p(rae)f(ecti) annonae severissima sibi inminere supplicia, si ulterius translationem per gradus permiserit commutari. **DAT. V ID. DECEMB.**
NAISSI DIVO IOVIANO ET VARBONIANO CONSS.

V (cum Solms.) W [finit 2 praefecti].

2 inhibetur *V* 3 eo die Valentianus non fuit Naissi

II, 17, 3 (368 Apr. 4).

IDEM AA. AD MAXIMVM P(RAE)F(ECVM) ANNONAE. Universi panem gradilem de gradibus adipiscantur neque cuiquam haec aut deferatur gratia aut inponatur iniuria, ut de pistriño accipiat. Omni igitur studio hoc curabit officium sinceritatis tuae, ut, quaecumque illa sunt, quae diurna pistores alimentis popularibus praebent, omnia ea gradibus distribuant, non ex officinarum conductoribus promant. **P(RO)P(OSITA) [PRID] DIE NON. APRIL.**
VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE AA. CONSS.

V

1 maximum]	immo Maximum	4/5 requiri-	mantur 5 pridie] die <i>V</i> . — <i>Annos 365. 370.</i>
<i>runtur talia:</i>	omnia ex gradibus distribuantur,		<i>373 excludunt quae de hoc Maximino praeterea</i>
			<i>rescivimus</i>

II, 17, 4 (368 Apr. 4).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEPHOTVM) P(RAETORI)o. Ne quid super gradili pane fraudis oriretur, iussimus omne illud, quod populo penditur, palam in gradibus, non clam a pistoribus ministrari. **P(RO)P(OSITA) PRID. NON. APRIL. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.**

V

3 diem determinat lex quae praecedit

II, 17, 5 (369 Aug. 1).

IDEM AAA. AD POPVLVM. Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur ardinenses, quinquaginta uncias comparabat, triginta et sex uncias in bucellis

1 debet esse idem AA. et Gratianus A ciues *V* romanu(?)s *V^a*, romanos *V^b* 2 ardinensis *V*

sex mundis sine pretio consequatur, ita ut ius in his nullus habeat officialis, nullus servus, nemo qui aedificiorum percipiat panem. Quorum si quis se aliqua ratione fortasse inmerserit, adquisito pane privabitur proprium nihil minus perditurus aut dabit pro condicione supplicium, eo, qui commissam detulit fraudem, et emptoris panes et venditoris habituro. Popularibus enim, quibus non est aliunde solacium, quibus idem panis 5 hodieque distrahitur, et eorum successoribus clementia nostra deputavit in quo nunc emitur loco propriis gradibus erogandum. Quibus titulus figendus est aeneus, in quem et panis modus et percipientis nomen debebit incidi. Et si ad tantum alicuius temeritas eruperit, ut aut per se aut per aliquem suorum sibi quolibet modo ius panis istius adque aereae tabulae suum voluerit nomen inserere, supra dictis condicionibus subiacebit. 10
P(RO)P(OSITA) ROMAE KAL. AVG. VAL(ENTINI)ANO N. F. ET VICTORE CONSS.

V

1 praetio <i>V</i>	6 deputabit <i>V</i>	7 qem <i>V</i>	care similiterve
8 percipientes <i>V</i>	9 istius] scr. istius vindic-		

XIII, 17, 6 (370 Mart. 19).

IDEA AAA. AD MAXIMVM P(RAE)F(ECVM) ANN(ONAE). Si quis umquam actor procurator servusve senatoris usurpatum gradilem, gratificante aut vendente scriba vel etiam consentiente, perceperit, subiciatur eculei quaestioni. Ac si eundem patuerit temeritate propria adque ignorantie domino de perceptione panis inilicite transegisse, ipse sub vinculis pistriño quod fraudabat inserviat; si vero senatoris culpa id fuisse constiterit, domus eius fisci viribus adgredetur. Ex alis quoque, si quis rei familiaris facultatibus praeditus designatum crimen admiserit, cum his quae habet pistrini exercitio subiugetur. Si quis etiam pauperrimus rerum erit, cogetur exhibere operariam servitatem. In scribas vero, quos constiterit nefas vetitum perpetrasse, vindex legum gladius exeratur. DAT. 10
XIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VAL(ENTE) CONSS.

V

1 aaa.] sic praece. const., aa. <i>V</i>	maximum]	et 368 excludit ordo constitutionum, annum 373
immo Maximinum	2 gradilem] scr. panem	et constitutio quae sequitur et quae praeterea de
gradilem	3 aeculei <i>V</i>	Maximino traduntur
fuisse] scr. euensis	5 senatores <i>V</i>	
	10 triū <i>V</i> : annos 365	

XIII, 17, 7 (372 Apr. 24 [immo Mai. 8]).

IDEA AAA. CLEARCHO P(RAEFFECTO) V(RBI). Vendendi de reliquo popularibus annonam consuetudinem derogamus, ut huiusmodi celebrata venditio omni caret firmitate. Verum si quis urbe abeundum esse crediderit, panes ceteraque quae percipit in horreorum conditis reserventur, poscentibus iuxta legem eiusdem ordinis hominibus deferenda. Quin lege proposita etiam quae fuerint fortasse distractae, ad originem propriam iusque revocamus, si quidem iustum est, ut in perpetuum suum quisque detineat et per succedaneas vices proprius ordo teneat, ut palatinus palatini, militis vero militaris, popularem annonam popularis exposcat nec alter alterius sibi expetens diversorum ordinum valeat miscere rationem. DAT. VIII KAL. MAI. MODESTO ET ARINTH(AEO) CONSS.

V

4 quin] Cuiacius, qui in <i>V</i>	5 quae fuerint]	7 milites <i>V</i>	8 alter] Reinesius, alte-
videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum		rum <i>V</i>	9 kal.] scr. id. ad iunctas 6, 4, 20.
quae [annonae antea inventae] fuerint		14, 9, 2	

XIII, 17, 8 (380 Iul. 14).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTVTO P(RAEFFECTO) V(RBI). Si quis ex schola defecerit mortemque obierit, non ab alio corpore vacantes flagitentur

1 restuto] sic *V*

annonae, sed ipsis scholis cessurae dividendaque perdurent. DAT. PRID. ID. IVL. THESSAL(ONIAE) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

II, 17, 9 (389 Jul. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI) CONSTAN(TINO)P(OLITANAE). Annonas civicas in urbe Constantinopolitana scholae scutariorum et scutariorum clibanariorum divi Constantini adseruntur liberalitate meruisse. Quarum ex magna parte inminutio facta perhibetur, quod alii eas putarunt tamquam proprias distractendas, alii per successionum gradus hereditarium ius venire. Sublimis igitur eminentia tua omnes eas, quas quoquomodo alienatas fuisse reppererit, his scholis, quibus donatae ac deputatae sunt, amota omni reluctance restituet, habere enim debent earum perpetuitatem, quarum meruere compendium. DAT. VII KAL. AVG. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS. 5

V

5 scr. in hereditarium

II, 17, 10 (392 Jun. 25).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Annonas "civicas" non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritim ["publicas"] IVST. meritis attributas divi Constantini liberalitate sat claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro uniuscuiusque merito quae sunt concessa serventur, ut, quicumque perceptarum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt vel in extraneos distractionis titulo transscriberunt, maneat quod gestum est vel hereditatis merito vel venditionis arbitrio. DAT. VII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAAD A. II ET RUFINO CONSS. 5

V. — IVST. 11, 25, 1.

3 liberalitate sat] V^{2*}, liberalitates ad V¹ 6 distractiones V

II, 17, 11 (393 Apr. 26).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Annonas civicas ad hoc militaribus viris beneficium divale distribuit, ut qui emolumenta perciperent, aedificandi studio magnitudinem urbis augerent. Ac proinde, ne frustra deputatis commodis perfruantur quorum ope incrementa moenium non iuvantur, id super his annonis, quae scholis erogari solent, servandum est, ut ii tantum, qui domus habent, deputata suo nomini commoda consequantur, aliae retractatae adque in suspenso habitac nostrae munificentiae reserventur, his tantummodo, etiam si liberalitas sacra extiterit, deputandae, qui ex numero militarium virorum annonas pro extractis domibus beneficio nostrae adnotationis acceperint, ut et parata sui munera habeat largitas et superfluis necessitas non gravetur. DAT. VI KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) D. N. THEOD(OSIO) A. III ET ABUNDANTIO CONSS. 10

V

1 aa V	4 scolis V	5 hii V	deputatas V	lendum	9/10 fortasse scr. III k. Mart. ad
6 retractae Gothofredus	nostrae]	Tilius,		similes ea die datas	
nos V	7 etiam si l. s.	extiterit fortasse de-			

II, 17, 12 (393 Nov. 20).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quae speciatim annonae domus in hac urbe habentibus divae memoriae Constantini vel Constantii largitate concessae sunt adque

2 largitates V

in heredes proprios iure successionis vel in extraneos venditionis titulo transierunt, erogatione solita ministrentur, et si quae scholarum nomine defenduntur. Inl(ustris) igitur magnificentia tua et hanc super his formam custodire debet. Si quae vero ad arbitrium Proculi datae nobis nescientibus erogantur, et retrahere eas illico et revocare debet. DAT. XII KAL. DECEMB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABUNDANTIO CONSS.

V

XIII, 17, 13 (396 Jul. 30).

IMPP. AECAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AFRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). Eos, quos in hac urbe domos non habere cognoveris, annonis novis quolibet titulo acceptis privari tua magnitudo praecipiet neq; ullis emolumentis civiciis adiuvari. Neque enim fas est, ut qui urbis affectum domus indicio monstrare neglexerint, eius commodis perfruantur. Si vero quisquam est, qui se aedes spondeat habiturum, nisi intra sex menses instruxerit, nequaquam publicarum annonarum modum potiatur. P(RO)P(OSITA) III KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) AECAD(IO) III ET HONORIO III AA. CONSS.

V

2 nobis V: fortasse a nobis 3 adiuuari] 6 modum] commodum *Gothofredus*
adiuuare V 4 affectum] *Tilius*, adfestum V |

XIII, 17, 14 (402 Mart. 22).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Inclytae recordationis pater clementiae nostrae post solitum canonem, qui urbi augustissimi nominis praebetur, certum annonarum modum de novo canone addendum esse constituit. Et quia nonnullos absque liberalitate nostra ex ea quantitate annonas consequi conpertum est, magnificentia tua nulli ex eo modo annonam faciat ministrari nisi qui vel liberalitate nostra perceperit vel super his, quae ab inlustri sede magnitudinis tuae ei sunt deputatae, triumphalis dexteræ nostræ confirmationem est consecutus. DAT. XI KAL. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) AECAD(IO) V ET HONOR(IO) V AA. CONSS.

V

1 aaa] rectius idem AA. et Theodosius A. 5 nisi] *Gothofredus*, om. V

XIII, 17, 15 (408 Febr. 15).

IDEM AAA. MONAXIO P(RAEFECTO) V(RBI). Dispositionem magnificentiae tuae de olei mensura firmam manere praecepimus, ut decem et octo per singulos sextarios scripulis ad certorum ordinum commodum moderante dispositione tua retentis ac distributis sextarius olei ad viginti unam semis unciam redigatur. Quam mensuram certum designatis suggestione corporibus solacium constitutam nullius posthac fraude credimus adtemptandam. DAT. XV KAL. MAR. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

1 aaa.] aa. V monachio V dispositionem] scripsi, commodum commederata V 4 cer-
scripsi, dispositione V 2 mensura] scripsi, tum] scr. certo 5 solacium] fortasse ad so-
mensuram V 3 commodum moderante] laciun 5 credimus] concedimus *Haenel*

XVIII. DE MENDICANTIBVS NON INVALIDIS.

V; Vat. reg. 520 (v. infra); Epit. Paris. (v. infra). — xiiii] V^{2},
om. V¹ — non inualidis] inualidis (om. non) Vat. 520. —
Iust. 11, 26: de mendicantibus ualidis.*

I, 18, 1 (382 Jun. 20).

IMPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEPACTVM)
v(mbi). Cunctis adfatis, quos in publicum quaestum 'incepta' mendi-
citas vocabit, inspectis exploretur in singulis et integritas corporum
et robur annorum, adque 'ea' inertibus et absque ulla debilitate mise-
randis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet condicio ser-
vilia, proditor studiosus et diligens dominium consequatur, eorum vero, quos natalium
sola libertas prosequatur, colonatu perpetuo fulciatur quisquis huiusmodi lenititudinem
prodiderit ac probaverit, salva dominis actione in eos, qui vel latebram forte fugitivis
vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. DAT. XII KAL. IVL. PATAVI ANTONIO ET
SYAGRIO CONSS.

10

*V; Vat. reg. 520 (antea Danielis) in folio 98 hodie solitario manu saec. X; Epit. Paris.
(Haenel brev. p. 242). — IVST. 11, 26, 1.*

1 pū] praepositum Vat. 520: cf. ad 6, 61 3 vocavit V Iust. 4 rubor Vat. 520 et abque ulla] illa (rel. om.) Vat. 520 5 earnm Vat. 520 7 prosequatur] V Vat. 520 Iust. (O), persecutur Iust. (I ^a), persecutus Iust. (KI ^b)	lenititudinem] fortasse levitudinem 8 pro- uiderit Vat. 520 dominis actione] Vat. 520 Iust. (KI), domini actione Iust. (O), domini san ctione V latebras Vat. 520 ante corr. ut vid. 10 siagrio consules Vat. 520
---	---

XVIII. DE PRETIO PANIS OSTIENSIS.

xiiii] V^{2*}, om. V¹ praetio V

I, 19, 1 (398 Apr. 12).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. THEODORO P(RAEPACTO) P(RAETORI)O. Panem Ostien-
sem adque fiscalem uno nummo distrahi volumus. Sancimus autem, ut nullus per sacrum
rescritbum audeat pretium ampliare; qui si obtulerit supplicationem, duarum librarum
auri multa ferietur. DAT. PRID. ID. APRIL. MED(IOLANO) HONORIO A. III ET EUTYCHIANO CONSS.

V

3 qui] scr. quin

XX. DE PRETIO PISCIS.

xx] V^{2*}, om. V¹ praetio V

I, 20, 1 (413 Apr. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEPACTO) P(RAETORI)O. Qui mini-
sterii nostri causa exhibendi piscis cura vel sollicitudine tenentur, plus a se exigi quam
quo emere potuerint, protestantur, si quidem in tricens libris sibi solidus ministretur
et multo disparem quantitatē vix aegreque valeant comparare. Ideoque per vicena
pondō piscis, primae scilicet qualitatis, memoratis solidus ministretur. Spatangium sane
in primae qualitatis piscem inputari praecepimus, quod decem librarum pondus sua
magnitudine minime excedere videtur. DAT. XVII KAL. MAI. LVCTO V. C. CONSS.

V (cum Solms.).

2 exgi V 3 quo] scripti, quod V 4 et] fortasse et solidu aequaliter V

XXI. DE NAVTIS TIBERINIS.

xxi] *V^{2*}*, om. *V¹*. — *Iust.* 11, 27.

XIII, 21, 1 (364 Oct. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAFFECTVM) V(RBI). Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus rei publicae necessarium agnoscat. Quaecumque igitur navigia in alveo Tiberis inveniuntur, competentibus et solitis obsequiis mancipentur, ita ut nullius dignitas aut privilegium ab hoc officio vindicetur. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 27, 1.8 albeo *V* 5 altiuo *V*

XXII. DE SACC(ARIIS) PORTVS ROMAE.

xxii] *V^{2*}*, om. *V¹*

XIII, 22, 1 (364 Jun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAFFECTVM) V(RBL) Omnia, quaecumque adverxerint privati ad Portum urbis aeternae, per ipsos saccarios vel eos, qui se huic corpori permiscere desiderant, magnificientia tua iubeat comportari et pro temporum varietate mercedes considerata iusta aestimatione taxari, ita ut, si claruerit aliquem privatum per suos adventicias species comportare, quinta pars eius speciei fisco lucrativa vindicetur. DAT. VI ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*2 sacrarios *V*

XXIII. DE PATRONIS HORREORVM PORTVENSIVM.

xxiii] *V^{2*}*, om. *V¹*

XIII, 23, 1 (400 Mart. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAFFECTO) P(RAETORI)O. Patronos horreorum Portuensium singulis tantum annis praeesse decernimus omni subreptione cessante, ne umquam veteris erogationis ratiocinium novis commeatibus inseratur. Nec ultra tempus constitutum quispiam sibi administrationem horreorum Portuensium fraudulentem usurpet, nisi prioris anni ratiocinio ante deducto in aliud annum quasi fidelis iam et idoneus subrogetur. DAT. VI KAL. APRIL. ALTINO STILICHONE ET AVREL(IANO) CONSS.

*V*8 nouis commeatibus] *Gothofredus*, nobis commeatibus *V*

XXIV. DE MENSIS OLEARII.

xxiv] *V^{2*}*, om. *V¹*

XIII, 24, 1 (328 Mart. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CEREALEM P(RAFFECTVM) ANNONAE. Mensae oleariae, quae ita caducae fuerint, ut nullus possit adserere dominium, vicenis follibus per officium

2 adserere dominium] *scripti*, adherere domino *V*

distrahantur. Sed si quis mensam oleariam praedictis follibus emptam cariore pretio vendiderit, ferreis vinculis constrictus ad Illyricum transmittatur poenam congruam luiturus. Si quis autem mensam oleariam in dominio suo retinens vivendi cursum impleverit, eandem mensam ad successores proprios cum reliquis suis rebus hereditario poterit iure transmittere. DAT. KAL. MAR. NICOMEDIAE, AOO(EPTA) VIII ID. APRIL. ROMAE IANVARINO ET IVSTO CONSS.

*V*2 concruam *V*

XXV. DE FRVMMENTO CARTHAGINIENSI.

xxu] *V^{2*}*, om. *V¹*

I, 25, 1 (315 [?] Dec. 12).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLINVM P(RO)O(ONSVLEM) AFRI(OAE). Si quis corpora aeneo frumento obnoxia distraxerit, ab omni interpellatione liber sit, quamvis alia corpora possederit sive coemerit libera ab aenei frumenti inquietudine. Comparatores enim rerum obnoxiarum teneri oportet pro modo eius rei, quam adepti sunt, etiamsi extra liberalitatem rem fuerint consecuti. Sed quia plerique ex magistratibus aenei frumenti pensationi obnoxii vel ipsi sibi, dum administrant, alios subrogarunt vel redempti pro aliis alios creaverunt, rescias subrogationibus ad eiusdem aenei frumenti pensitationem teneantur. Illos enim solos ex subrogatis perseverare oportet, quos constiterit idoneos esse facultatibus et minus idoneorum loco non a redemptis magistratibus subrogatos. DAT. PRID. ID. DECUMB. SIRMI CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

10

V

1 catulinum <i>V</i> proconsulem] <i>pū V</i>	2 dis-	6 uel ipsi col-
traxerit] <i>Gothofredus</i> , detraxerit <i>V</i>	<i>3 aeneis V</i>	<i>tioni] scripti, pensatione V</i>
4/5 liberalitate <i>V</i>	5 fuerit <i>V</i>	<i>locandum ante aenei</i>
	5/6 pensita-	7 ad] <i>requiritur iidem</i>
		<i>ad similiave</i>

XXVI. DE FRVMMENTO ALEXANDRINO.

xxui] *V^{2*}*, om. *V¹*. — *Iust. 11, 28.*

I, 26, 1 (412 Ian. 28).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quidquid de crithologiae et zygotasii munere et pro nauclerorum tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus. Adque ut curialibus praedae auferatur occasio, iubemus eos ad huiusmodi sollicitudinem affectandam numquam accedere, sed designata officia tuis provisionibus examinata sollicitudinem praedictam implere. DAT. V KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

5

V. — IVST. 11, 28, 1.

2 crithologiae <i>scripti</i> , crithogia <i>V Iust.</i>	(X) tuendas substanti eminentia <i>V</i>	5 ex-
3 nauclerorum] <i>Iust. (K)</i> , naucleriorum <i>V Iust.</i>	<i>minata] Iust.</i>	<i>animata V</i>

II, 26, 2 (436 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Diurnos centum et decem modios alimoniis Alexandrinae civitatis addi decernimus, ut nemo privatetur eo quod nunc usque percepit et perissochoregiae nomen penitus amputetur et tesserae designentur et nostrae pietatis nomine censeantur. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

5

*V. — IVST. 11, 28, 2.*2 alimoniis *V*

XXVII. DE ALEXANDRINAЕ PLEBIS PRIMATIBVS.

xxvii] V^{2*}, om. V¹. — Iust. 11, 29: de Alexandrinae primatibus.

XIII, 27, 1 (396 Febr. 5).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. GENNADIO P(RAE)P(EOTO) AVGVSTALL. Archigerontes
 et dioecetae ergasiotanorum 'numero deligantur', | 'non nisi Christiani dirigantur' IVST.
 quod officium tuum sollicite observet excubiis. DAT. NON. FEBR. CONST(ANTINO)P(OLI), P(RO)-
 P(OSITA) ALEXANDRIAЕ EUTYCHEO ARCAD(IOS) III ET HONORIO III AA. CONSS.

V. — IVST. 1, 4, 5.

2 dioecaetae V ergasiotanorum] scr. de ergasiotanorum 3 sollicite] Iust., sollice V

XIII, 27, 2 (436 Iun. 4).

IMPP. DD. NN. THEOD(OSIRVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAE)P(EOTO) P(RAETORI)o.
 Corporatos civitatis Alexandrinae repurgandi fluminis onere liberamus et pro tenore et
 dispositione tua quadringentos solidos ex dinummio vectigali memoratae civitatis prae-
 commodari decernimus, ita ut ex titulo navium omnibus modis repensentur. DAT. PRID.
 NON. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 11, 29, 1.

2 teniore V 3 quadrigentos V 4 nauium] pensetur V Iust.
 Iust., nauiorum V repensentur] scripsi, re-